Siena (?), 8. Jahrzehnt 15. Jh. /vor 1478

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8184
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

campestris: et rubea ortulana: Ambe sunt
difficilis digestionis parvi et grossi nutrimenti
seu copie prominalatiae: seu pro ferculo
comedantur. Pastinaca vero conferet tussi pleu-
resi et ydropisi: incitat coytum: et prope
semen eius. Bis in elixanda est: et proiecta
decoptione tercio cum lactura decoquida:
et coriandro: aceto: pipere: cepe et similibus
condienda est. Que autem condita et facili
oris digestionis existit: fungentati nervorum
doloribus dorsi et renum conferens: et
magis coytum excitat. Omnis pastinaca
calida est in secundo et humida in p̄mo:
Attendendum tamen esse apud illos qui silue-
stres aut campestres pastinacas colligunt
ne cum ipsis aut loco ipsarum quandam
cicutae speciem colligerent: que pastinaci
talibus multum assimilatur: quia
cicuta malos et stupefactivos efficere
venenosos inducit effectus: Multisq.
ex tali errore infatuatos vidi: et fatu-
orum verba & facta fecere quousque
cicutae accidentia sedata fuerunt: